Quãuis eſſet ꝓhibitum vt nullus peteret aliquid ab aliquo domino niſi tantuꝫ a dario. tamen Daniel tribus temporibus dominum adorabat. Danielis ſexto capi. Populus liſtre qui voluit paulum ⁊ barnabam adorare. prohibitus eſt ab eis. Actuum. decimoquarto capitulo. Angelus iohannem euãgeliſtam prohibuit ne ſe adoraret ſed ſolum deum Apocalip. xxij. ca.

De adulatione ⁊ blandicijs

Adulatores
- Querũt complacentiam
- Recipiũt diſplicentiam
- Tendunt ad infamiam

Adulatores ſemper loquunť ea que credunt placere audientibus eos. ideo chore cum complicib⁹ ſuis populo placere volens dixerũt. ſufficiat nobis. Numeri. xvi. capitu. Abſalon vt cauſam in curia patris habentibus placeret. dicebat cuilibet. Videnť mihi ſermones tui recti. ij. Re. xv. Prophete falſi dixerunt achab ꝓſpera de bello futuro cui placere credebant. iij. Regum. xxij. Conſiliarij regis aſſueri adulantes ei dixerũt. Regis iuſta eſt indignacio. cum tamen eius iram cõtra reginam potius temperare debuiſſent Heſt. j. Amici amõ volentes ꝯplacere ei dixerũt Iube pare excelſam trabem. Heſt. v. Alchimus ꝓditor volens placere demetrio male locutus ẽ de iuda machabeo. j. Mach. vij. Herodi ĩpio acclamabat ppl's voce ei deſiderans ꝯplacere Act. xij.

Adulatores diſplicent ſapientib⁹ quib⁹ placere credebãt ſuis blãdicijs. nã adoleſcens narrans dd̃ mortẽ ſaul inimici ſui credens ei placere fuit eius iuſſione occiſus. ij. Re. j. Adulatores occiderũt hyſboſeth. ⁊ attulerũt caput ei⁹ ad dd̃ placere ei credẽtes

diſplicuerunt multum. ⁊ ab eo ſimiliter occiſi ſunt. ij. Regum .j. Adulatores laudāt in facie. ⁊ in abſentia detrahunt ⁊ diffamant. Cōtra quoqꝫ conſuetudinem ſaluator noſter recedentibus a ſe diſcipulis iheſus cepit iohānem multipliciter commendare quem in eorū preſentia non ꝯmendauit Mathei. xi. Phariſei volentes iheſuz capere in ſermone. ipſum in facie laudare ceperunt dicētes Magiſter ſcim⁹ qꝛ verax es Mathei. xxij.

De ambitione.

Ambicioſi ſunt
- Alieni nominis detractores
- Innocētis ſāguinis effuſores.
- Preſumptuoſe fame iactatores
- Cito regiminis deſertores
- Prophanī ſermonis ſecutores.

Ambicioſi ſunt.
- Superbi culmis zelatores

Ambitio cauſat detractōnem. nam ambicioſi iō detrahunt aliȷs vt ipſi magis appareāt Sic maria ⁊ aaron ambientes dominiū populi detrahebant moyſi dicentes Nobis locutus eſt dominus. Nūc. xij. Chore ⁊ complices ambientes dominiū populi moyſi ſimiliter detraxerunt Nume. xvi. Abſalon ambiēs regnuz patris ſui dixit cauſantibus. videntur mihi ſermones tui recti. ſed non eſt qui audiat te conſtitutus a rege ij. Regum. xv. Gaal filius obed ambiens dominare ī populuz iſrahel. detrahebat abimelech dicens Quis eſt abimelech vtinam daret aliq̄s populū iſtuz ſub manu mea. Judicum. ix Alchimus qui voluit fieri ſummus pontifex coraz demetrio detrahebat iude machabeo. j. Macha. vij. Ambitioſi non timent ſan

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf